Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uerbis oris sui. dum ratione exigente constringitur.
ne eius uita ad aliud quā admonet relaxetur. Vnde
apud districtū iudicem cogitur tanta inopere ersol
uere. quanta eum constat alius uoce p̄cepisse. Vbi &
bene mox exhortatio subditur ut dicat. Fac ergo
quod dico fili mi & temetipsū libera. quia incidisti
in manum proximi tui; discurre festina. suscita
amicum tuū. ne dederis somnum oculis tuis. nec
dormitent palpebre tue. Quisquis enī aduiuendū
alius in exemplo p̄ponitur. n̄ solum ut ipse uigilet.
sed &ā ut amicum suscitet admonet. ei namq; uigi
lare bene uiuendo non sufficit si non & illum cui pre ē
apercati torpore disiungit. Bene aut dicit. ne dede
ris somnū oculis tuis. nec dormitent palpebre tue.
Somnum quippe oculis dare ē. intentione cessante
subditorum curā omnino negligere. Palpebre uero
dormitant cum cognationes nre ea que in subditis
arguenda cognoscunt. pigredine de premente dissi
mulant. Bene enī dormire ē commissorū acta nec
scire nec corrigere. Non aut dormire sed dormitare
est que quidem reprehendenda sunt cognoscere. sed tam
propter mentis tedium dignis ea increpationib̄ non
emendare. Dormitando ū oculus ad plenissimū som
num ducit. quia dum plerumq; qui pre est malum

uersumant.
xenipphibhanne